+ 1522

In Dei nomine Noverint universi Quod Nos Johannes petrus de Carreras parochie termini ville Calidarum de montebuyno sucedens Juribus et alys racione legatorum et aliarum rerum venerabili et dis
creto Raymundo de Carreras presbitero fratri meo cum eius ultimo testamento quod fecit et ordinavit In scribania publica dicte ville Calidarum prima mensis Novembris anno a nativitate domini Millesimo
Quingentesimo Secundo et Barnardus Carreras eius filius Gratis et ex certa sciencia per nos et omnes heredes et successores nostros quoscumque Cum pactis et condicionibus Infrascriptis Vendimus et
ex causa vendicionis concedimus vobis Gabrieli Orriols alias [illegible] dicte ville Calidarum et vestris et quibus perpetuo volueritis Totam Illam partem pecie terre heremia Cum Introhitibus et exitibus omnibusque
Juribus et pertinenciis suis universis Quam dictus discretus Raymundus de Carreras frater meus dicti Johannis petri titulo vendicionis sibi facte per Franciscum Camporat dicte ville Calidarum Cum
Instrumento recepto In scribania publica dicte ville Tercia decima die mensis Aprilis anno a nativitate domini Millesimo Quingentesimo Secundo habemus et possidemus Inter [illegible] dicte ville In loco vocato
la estrada Et tenetur per Barangarium Fortuny dicte ville Calidarum ad censum Quindecim denariorum monete barchinone anno quolibet solvendorum In festo Sancti Michaelis mensis Septembris Qui
predictus tenet per Reverendum dominum Vicen. Episcopum et sub dominio et alodio eiusdem Qui census est Ita sepositus et serviens tam super dicta ~~[illegible]~~ parte pecie terre ~~[illegible]~~ per nos vobis vendita quam super alia
parte pecie terre [illegible] nostrorum dictorum patris et filii/ Et terminatur dicta pars pecie ab oriente In honore nostra quadam rasa mediante A meridie In tenedone Damiani Ledo ab occidente In tenedone
dicti Camporat partim et partim In tenedone dena Farela et a circio In honore vestra dicti Orriols partim et partim In Camino regali qui vadit de dicta villa ad [illegible] vici / Damus ante vendi
cione et ex causa vendicionis concessione facimus nos dicti Johannes petrus de Carreras et barnardus Carreras pater et filius vobis dicto Gabrieli Orriols et vestris de predictis Sicut melius dici potest
et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum/ Sub tali tamen pacto forma condicione et retencione quod vos dictus Gabriel Orriols et vestri fanans et solvans censum totum dicte pecie
terre quod de dicta parte nobis ramanente Qui census est Quindecim denariorum Et etiam cum pacto quod sunt aliqui quercus que estant ad limits quod non possitis vos nec vestri facere scindere sine talar/ Extra
hentes predicta que vobis vendimus de Jure dominio proprietate et posse nostri et nostrorum Eademque omnia et singula In vestrum vestrorumque Jus dominium proprietatem et posse mittimus et transferimus Irrevocabiliter
pleno Jure ad habendum tenendum omnique tempore pacifice possidendum et Inde vestras vestrorumque voluntates libere faciendas/ Promittentes vobis tradere vobis aut cui volueritis loco vestri possessionem corporalem seu quasi
predictorum que vobis vendimus et Inde facimus vos et vestros et quos volueritis constituere perpetuo possessores vel vos aut vestri sua volueritis possitis ipsam possessionem libere apprehendere et apprehensam penes vos et vestros
licite retinere et eam per vos apprehensam fuerit tantum valere volumus quantum si per nos vobis tradita foret realiter corporaliter et de facto/ Confitentes Interim dicta possessione apprehenderetis vestro
precario nomine tenere et possidere Preterea ex causa huiusmodi vendicionis et alias quo melius de Jure valere poterit et tenere/ Damus cedimus transferimus atque mandamus vobis dicto emptori et vestris et quibus
perpetuo volueritis omnia Jura omnesque acciones reales et personales mixtas utiles et directas ordinarias et extra et alias quascumque nobis competentia et competentes et competere debencia et debentes In predictis
que vobis vendimus et contra quascumque personas et In quibuscumque bonis et rebus et res racione et occasione eorundem/ Quibus Juribus et accionibus supradictis possitis vos et vestri et quos etiam volueritis uti agere et ex
percipere agendo scilicet et respondendo deffendendo excipiendo proponendo et replicando et omnia alia libere exercendo et faciendo In Judicio et extra Judicium quecumque et quemadmodum nos facere poteramus ante
presentem vendicionem et Jurium et accionum cessionem et possemus nunc et etiam postea quandocumque/ Nam facimus et constituimus vos et vestros In hys dominos et procuratores ut In rem vestram propriam ad facien
dum Inde vestre libitum voluntatis sine obstaculo contradiccione et Impedimento nostri et nostrorum et alterius cuiuscumque et persone/ Salvis tamen semper Jure et super predictis que vobis vendimus dicto censu dictorum
Quindecim denariorum et alias Jure dominio firma et fancha Triginta dierum dicti Barangarii Fortuny et suorum Et salvis etiam semper Jure dominio firma et fancha Triginta dierum dicti Reverendi domini Vicen.
Episcopi et suorum cuius est alodium ac laudimio Inde competenti Precium dicte vendicionis est Sex librarum monete barchinone Et Ideo renunciando excepcioni non numerate et non solute pecunie et precii predicti non
habiti et non recepti et legi qua subvenit deceptis ultra dimidiam Iusti precii et dolo malo et accioni In factum et omni alii Juri hys obvianti/ Damus et remittimus vobis et vestris siquid predicta que vobis vendi
mus plus modo valent vel amodo valebunt precio antedicto/ Insuper convenimus et bona fide promittimus vobis quod predicta que vobis vendimus faciemus vos et vestros et quos volueritis semper habere tenere
et In sana pace possidere contra omnes personas/ Quodque tenebimur et nostri tenebuntur vos et vestros semper de firma et legali evictione ac legitima deffensione eorundem secundum Jura/ Et de restitucione
omnium missionum sumptuum dampnorum et Interesse siquas vel siqua vos vel vestros facere et sustinere oportuerit quoquomodo pro predictis et racione evictionis In Judicio et extra Judicium et expensarum
sumptuum dampnorum et Interesse per vos seu vestros faciendarum et sustentarum In ducendis tractandis sive examinandis litibus sive causis sique Inde vobis et vestris necessitate denunciandi et apprehendi et quod sine
predictis omnibus et singulis nos et nostri servabimus vos et vestros penitus perpetuo sine dampno et missione vestri et vestrorum usque ad sententiam diffinitivam de omnibus litibus super quibusque Indem missionibus
sumptibus dampnis et Interesse credatur vobis et vestris vestro et eorum plano et simplici Juramento nullo alio probacionis genere requisito Et hys attendendis et complendis tenendis et firmiter observandis
obligamus vobis et vestris omnia bona nostra mobilia et Immobilia habita et habenda etiam quocumque modo et Jure privilegiata/ Et sic convenimus et bona fide promittimus nos dicti pater et filius vobis dicto Gabrieli
Orriols emptori predicto et vestris et notario Infrascripto tamquam publice persone pro vobis et vestris et alys etiam personis omnibus et singulis quarum Interest et Intererit recipienti et paciscenti ac etiam legitime
stipulanti/ Necnon etiam sponte Juramus In animas nostras per dominum deum et eius sancta Quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta predictam vendicionem et omnia et singula In presenti Instrumento contenta
semper ratam gratam validam atque firmam ratamque gratam validam atque firmam habebimus tenebimus et observabimus et In nullo contrafaciemus vel veniemus Jure aliquo causa vel etiam racione Ad hec ego dictus Gabri
el Orriols laudans aprobans ratifficans et confirmans ac etiam acceptans predictam vendicionem cum pactis et condicionibus supradictis contentis et omnia et singula contenta promitto non contravenire
racione aliqua Jure modo seu causa/ Actum est hoc In villa Calidarum de montebuyno Quintadecima die mensis Madii anno a nativitate domini Millesimo Quingentesimo Vicesimo Secundo Sig+num Johannis petri
de Carreras et barnardi Carreras venditorum predictorum Sig+num Gabrielis Orriols emptoris et acceptantis predictorum Qui hec laudamus et firmamus

Testes huius rei sunt venerabilis et discretus Johannes Michael Verdeguer presbiter vicarius perpetuus dicte ecclesie et Jacobus Torroela sartor dicte ville Calidarum Quo ad firmam dicti barnardi Carreras Qui
firmavit Quinta die mensis Septembris et anni Millesimi Quingentesimi Vicesimi Secundi honor Johannes Mateu baiulus pro magestate Regia et barnardus Schusanes dicte ville Calidarum

Jo Jaume Fortuny fil he hereu del dit Berenguer Fortuny e encara en nom de na Elisabet Fortuny mare mia com a [illegible] ferim les coses
de mont dites f rebo de Samporat salvat dret am cals meus en totes coses en totstemps

Sit omnibus Notum Quod Nos Johannes petrus de Carreras et barnardus Carreras eius filius parrochie termini beate Marie ville Calidarum de montebuyno Confitemur et recognoscimus vobis
Gabrieli Orriols dicte ville Calidarum Quod dedistis et solvistis nobis seu de mei voluntate dicti barnardi michi dicto Johanni petro bene et planarie ad nostram voluntatem realiter numerando omnes Illas Sex
libras barchinone Precio quarum vendidimus vobis et vestris et quibus perpetuo volueritis Totam Illam partem pecie terre heremia Cum Introhitibus et exitibus omnibusque Juribus et pertinenciis suis sitam In par
rochia termino dicte ville Calidarum In loco dicto La estrada Prout de dicta vendicione constat Instrumento recepto In posse notarii Infrascripti die et anno subscriptis Et Ideo renunciando excepcioni non numer
ate et non solute pecunie et dolo malo In testimonium premissorum presentem vobis de predictis Sex libris facimus apocham de soluto Actum est hoc In villa Calidarum de montebuyno Quintadecima die
mensis Madii anno a nativitate domini Millesimo Quingentesimo Vicesimo Secundo Sig+num Johannis petri de Carreras et barnardi Carreras predictorum Qui hec laudamus et firmamus

Testes huius rei sunt venerabilis et discretus Johannes Michael Verdeguer presbiter vicarius perpetuus ecclesie et Jacobus Torroela sartor dicte ville Calidarum Quo ad firmam dicti barnardi Carreras Qui firma
vit Quinta die mensis Septembris et anni Millesimi Quingentesimi Vicesimi Secundi honor Johannes Mateu baiulus pro magestate Regia et barnardus Schusanas dicte ville Calidarum

1522